

existente pontifice¹⁾), eo tenore acceperis, ut cum primum disponente Domino summus in Romana ecclesia pontifex ordinatus fuisset, tu eius te deberes presentem exhibere conspectui, tanto iamiam tempore sedi te apostolice distuleris presentare’.

b. Item. Ueber die Söhne der Presbyter. — ‘De presbiterorum filiis eo tenore agere noveris, quem ipse Gregorius papa disposuit, ut in necessitatibus maximis si monasticam aut canonicam vitam religiose duxerint, valeant ad sacros ordines promoveri. Illud autem summo opere sciveris observandum, ne a laicis investituram accipientibus manum imponas’.

33. Anselmo Mediolanensi archiepiscopo.

a. Ueber seine unkanonische Investitur und über die Erlaubniss, die von (seinem simonistischen) Vorgänger Tedaldus²⁾ Ordinirten im Amte zu lassen. — ‘Nosti frater in Christo karissime, quod extraordinarie contra sanctorum decreta pontificum episcopatus iura perceperis. Post electionem siquidem canonice celebratam regem, ab sede apostolica excommunicatum et beati Petri gratia penitus alienum adisti, sacramento te ipsius astrinxisti, investituram ab eo accepisti quod omnino in Romana ecclesia prohibitum ipse non nescis. Preterea quamvis te ignaro, pecuniam regi frater tuus dicitur obtulisse, licet hoc nunc tandem et rarius asseratur, et nulla veracium virorum assercione subnixum sit³⁾), nos tamen necessitatem vehementissimam ecclesie perpendentes et maximo te eius usui futurum, annuente Domino, confidentes, rigorem iusticiae canonicae auctoritate apostolica temperavimus. Illud quoque, quod omnibus constat canonibus interdictum, ut nullus a minus quam a tribus episcopis episcopus ordinetur, cum in tua consecratione ita contigisset, ut unum solum faventibus tamen ceteris consecrationis tue habuisses auctorem, prospectu utilitatis ecclesie toleravimus, teque ex cenobio ad episcopatus apicem revocavimus. Super hec, ut tua maior haberetur auctoritas pontificatus tibi plenitudinem per largitionem pallii tribuentes, licentiam contribuimus, ut eos, qui a Tedaldo ad clericatus officium sunt promoti, si non simoniace neque pravitatis⁴⁾ studio consecrati fuissent, et si ipsum simoniacum esse nescissent, et si eos bone vitae propensio et⁵⁾ religio commendaret, in clericatus ordinibus, quos acceperant sine canonum tamen preiudicio, ecclesie necessitate exigente, restitueres’.

b. Item. Wenn die Wirkung ausbleibt, könne auch seine Restitution rückgängig gemacht werden. — ‘Nosti enim te officio non legaliter accepto pro utilitate ecclesie restitutum, et ubi effectus cessaverit, cause quoque cessare debent intuitus’.

1) d. h. zwischen 1087, Sept. 16. und 1088, März 12. 2) Theobald, Erzbischof von Mailand 1075–1085. 3) ‘sit’ fehlt Hs. 4) ‘pravatis’ Hs. 5) ‘propensioe’ Hs.